Florentinorum legatorum oratio ad congratulan
dum Nicolao quinto Summo pontifici in
creatione sua habita Rome per doctissimum
& eloquentissimum sanctum manere in publi
co & generali consistorio Incipit feliciter
in nobis coram sanctitate tua Beatissime ac sa
ctissime pater iam genibus flexis oratoris
tantam dicendi facultate attributam fuisse
intelligeremus quantam fidele & accurata
cõmissionis nostre munus exigere & postula
re videtur profecto longa quadã ac pre
pua oratione in hac nostra legatione uteremur
Sed quoniam excellentia & sublimi
tas tua potestate humana excedunt quas
mandata florentini populi quibus legati & o
ratores sumus paucis referre atq; explicare
conabimur ne forte prolixa narratione
sua & ornatis uerborum ac sententiarum colori
bus prolixa sanctissimas aures tuas in multitudine
negotiorum & arduis rebus in his presertim pon
tificatus fastigio principatus occupantissimas fa
tigare atq; onerare uideremur

BIBLIOT. PUBLICA DE SIENA

Quanq̃ uero sermonis prolixitatē fugere &
euitare cupiamus: quodam tñ paruo &
exili dicendi genere utem̃ uerui: ne sin-
ulla loquendi serie nullaq; partium di-
uisione usi ad dicendum accederemus: in
uarias quasdā fortuitę ac confuse locu-
onis reprehensiones incurreremus. Quapp
in infinita omnipotentis dei gratia atq; i
propitio quodam pontificalis sublimitatis
fauore consili munus cōmissionis nostre bre-
uius quoad fieri poterit perficere & exple
re tentabimus. Qui enim coram te loqui
presumūt magnitudinē & eloquētiam ac
precipuam quandam & singularē omniu;
bonaq; artium doctrinam: qui uero timēt
humanitatē & clementiam tuā ignorare
uidentur. Primo igitur florentinoq; presi
dum mandata exequi atq; absoluere cupi
entes a uenerationibus atq; adorationibus
& ceteris huiusmodi faustis xpianisq; omnib;
initium sumemus. Florentinos deinde fi
delissimos ac prepetuos sacrosancte romāe

ecclesiē filios fautoresq; sanctitati tuae sēp
& omni quidem ipse pariuros plurimum
cōmendabimus. Postremo de hac felici
& beata ac uere pre caeteris diuina assū
ptiōe tua multum admodum congratu
labimur. Nos itaq; beatissime pater flo
rentini populi nōie legati audita promoti
one tua confestim ad nouā xpi humanita
tem iam in terris existentē & cū homini
b; cōuersantē non secus ac magi. quos Ma
theus euangelista uisa stella iuneris sui du
ctrice cū gaudio magno ualde ex oriente
usq; in hyerosolimam uenisse testat. ut
nuperrime natū adoraret. e florentia mo
uentes Romā ueneranti & adorandi grā
contendimus. Nos igitur primo corā beati
tudine tua cōstituti genua nra humillime
fleximus. Nos deinde beatissimos ac sancti
simos pedes tuos deuotissime simul atq; aui
dissime amplexati & osculati sumus. Nos
denique maximam quandam admirabili
um & pene incredibiliū uirtutum tuarū

excellentiam supra q̃ dici potest admirantes
mentis & corporis tui incolumitate pro uniu
sali omniu; apianoy salute diuturna ac per
petua fore optamus & cupimus. Per huc
igit modu prima nostre diuisionis parte b
reuissime ut instituera? absoluta ad secu
dam de egregyis quibusda commedatoib;
& oblationib; nris deinceps accedam?. Quo
circa nos singulari quadam & precipua sa
cratis tue benignitate simul atq; admirabi
li populi nostri deuotoe ac fidelitate freti i
psum populum nostrum cotinuum & costa
tem sacrosancte romane ecclesie obseruatore
quoad possumus humilissime ac deuotissime
comendare & recomittere audemus. orantes
atq; supplicites obsecrantes quatenus talem ac
tam deuotu populu paterna heriliq; & pasto
rali caritate suscipe ac fouere digneris. De
eo n. populo dicimus quem si antiquas hi
storias ueteresq; annales & cronicos libros
parump an oculos posueris nempe aduer
sus imperatores ea tempestate ecclesiastica

iura ut sua iu & armis temere admodum & ni-
mis arroganter usurpare presumentes plura &
uaria bella iam dudum suscepisse comperies.
Hay rey testis est Phedericus ille primus. Te-
stis est etiam secundus. Testis insup & tertius.
His nanq; imperantibus & omni crudelitatis
gne contra ecclesiam seuientibus nos utrisq;
& spiritualibus & corporalibus telis armati resiste
ac repugnare non dubitauimus. Vnde illi plu-
ribus a nobis iniuriis lacessiti inhumana eoy
seuitiam ac rabie usq; adeo in nos conuertert
ut cunctas regiones nras multis bellicis cala-
mitatib; diuersisq; preliorum tumultib; & in-
cursionib; infestarent. atq; ita uexaret. ut pre-
ter igne & ferru & preter hostiles agrorum ua-
stationes ac militares omiu; rey & hominu
direptiones usq; ad carceres & tormenta usq;
ad exterminationes & cedes ciuium prosiliret.
Post hos impios & scelestos Phedericos. & ut
greci elegantu & expressius dicut atheus qi
irreligiosos & sine deo Manfredus uelut he-
reditary generis sic etiam furoris successor

accessit. Nam iniqua & peruersa maiorꝝ suo-
ꝝ uestigia imitatus Romanos pontifices o
mnesq; eorꝝ asseruores crudeliter atq; hosti
liter persequebat. Proinde nobis utpote
fidelissimis ecclesiasticaꝝ partium fautori-
bus ingens & perniuosum bellum inferre
non dubitauit maximoq; illo & celeberrimo
proelio apud Arbiam propterea nobilita-
tum senensis agri fluuiũ victos profliga
tosq; domo uira pepulit exterresq; & patrio
solo profugos dissipauit. Sed paulo post
debitam erratoꝝ suoꝝ penã diuinitus reporta
uit. Nam cum aduersus impiam illius per-
secutionẽ Karolus francoꝝ rex uocatus ex
galbia in Italiam uenisset ut magnis eius
conatibus resisteret in illa beneuentana
& memorabili pugna florentini illius tẽ-
poris exules suo proprio agmine & a ceteris
totius exercitus aciebus separato cũ ue-
xillo: quod siue Vrbanus siue clemẽs quar-
tus tunc pontifex maximus de utroq; enim
uarie a diuersis historicis scriptum fuisse

comperimus: eis tanq̃ fidelissimis deuotissi-
musq; donauerat sub Karolo imperatore
aduersus Manfredum militantes pro statu
ecclesie ita egregie ac fortiter pugnauere: ut
& Manfredum ipsum strenue dimicantē i-
terimeret: & gloriosissimū nephario bello fi
nē imponerent. Preterea cum Corradinus
huius Manfredi nepos infestis exercitibus Ro
mam peteret: atq; contra Clementē ipsum
memoratū vrbani successorē pseuationē mo
lirent. Tandem ab eodem Karolo adhuna
tibus nobis apud taglia cozzū victis & pro
fligatis genitibus suis celeri in montē casinū
fuga cum paucis incolumis euasit: quanq̃
postea capitis una cum omnib; eius comi-
tibus iussu regis capite truncatus. Postre
mo quid de Lodouico bauarie duce iā
ad imperiū delecto referemus? Non ne
magno cum exercitu e germania in Itali
am uenit? Non ne Romam ingressus urbē
tenuit? Non ne petrum quendam Coruariē
sem ui & armis preter pontificia iura &

preter ueterem & usitata pastoralis creationis cō
suetudinem Johanne xxii. tūc catholicę ecclesię
presidente a quo nō iniuria ob multas hostiles
eius aduersus apostolicam sedem persecutiones
anathematis sententia damnatus antea fuerat
falsum pontificē creauit. Vnde alijs regibus
& principibus uarijsq; populis alterutro fauen
tibus ingēs & maximum scisma profluxisse
narratur. In hac tanta & tā magna xpianorū
omniū diuisione attende quesumus B. P. ac pa
rum p ad nos cōuertere ut quanta & qualia ci
uitas nostra pro salute ecclesię operata fuerit
proprijs oculis pspicere atq; intueri digneris.
Primo enim aduersus Lodouicum quis tūc tē
poris potentissimū & quasi cunctarū gentium
uictorē & infestissimum apostolicę sedis hostē
arma capere ac belligerare nō dubitauit. Con
tra dein puersos falsi pontificis assertores incon
cussa fidelitate constantissime perseuerauit. Ad
extremū Castruccium alterū Italici belli fulmē
& precipuum Ludouici aduersus ecclesiam fa
utorē ac per totam pene etruriam iam infestis

exercitibus exultantem patientia nra & repugnā
tibus uiribus compescentes tandē aliquando ita
molliuimus ac repressimus ut nimia eius auda
tia acerba & immatura morte domaretur. Ta
lem igitur & tam religiosum populum. quem
pro statu ecclesie tanta ac tā mirabilia & plera
q; alia memoratu digna gessisse ac tollerasse co
gnouimus cum omibus eius prelatis non imme
rito. S. T. cōmendare & recōmittē audemus.
Et cunctos insup ciues nros beatitudinis tuae mā
datis semper & omni quidem tpre parituros
largissime simul atq; liberalissime offerimus.
Duobus itaq; nre diuisiois membris hactenus ut
potuimus absolutis reliquum est ut tertiam
& ultimam egregie ac solemnis cuiusdā congratu
latiois partem aggrediamur. In hoc loco. B. P.
ob incredibilem quandā uirtutum tuarū ma
gnitudinem latissimus nobis ad peruagandū
campus ostenderet nisi ad te loquentes adu
lationis crimen timeremus. ea tamen omissis
uirtutibus in medium afferemus. quae cunctis
audientib; meridiana luce clariora uidebūt.

Si omnes xpiani inclii reges & principes. Si
omnes catholici populi. Si cunctę huiusmodi
gentes pro rebus mirabiliter ac diuinitus
gestis. quiq; secum gaudere. & ceteris gra
tulari debent. quid nos deuotissimi roma
ne ecclesię filij ac precipui. S. T. obseruato
res in hac admirabili & uere diuina cre
atione facieremus? Profecto in hac assumpti
one tua. quam adeo factam fuisse non du
bitamus. imprimis omnipotenti dno ingę
tes & maximas gras agemus. cum omnibus
deinde xpianis populis pro salute sua. q
quide hac felici promotione tua contineri
existimat & creditur magnopere exultabi
mus ac congaudebimus. Tibi uero non ta
pro inefabili quada. S. T. gloria & honore
congratulamur. q pro eo q ab omipotēti de
o factum ee cognouimus. Est n. certū quoi
dā & indubitabile diuinę erga sanctita
tē tuam dilectionis signum atq; uerisimi
lis quaedā eternę caritatis in universu; xpi
anorū hōiu; genus connectura usq; adeo ex-

& beata

pressa: ut manifestū & euidens indicium censeri debeat. Omnipotēs enim deus & misericors dñus tandem aliquando pleriq; bellicis humani generis calamitatibus commotus te solum in hac tanta rex oūm tempestate: in his tantis multiplicium bellorū fremitibus & procellis. in hac denique tanta cunctorū humanorū negotiorū mole uex ecclesiē suē pastorem preesse uoluit: ne deesset: qui labantem ecclesiam ceu petri nauiculam iam diu maritimis fluctibus iactantā ac pene summersam herculeis & athalanticis ut dicitur humeris sustineret. & xpianos insup reges & principes liberosq; populos uariis dissensionum ac bellorū uulneribus & tumultibus inuolutos spiritualibus medicamentis ecclesiasticisq; censuris medēdo sanare: atq; pisticis & preciosis antidotis incolumes sanosq; redderet. Nam si omnis summorū pontificum electio suo & pontificio iure censetur ēe diuina: quid de hac tua existimare debemus? Non ne eam ipsam cēteris diuiniorē uel potius omnū diuinissimā

paucis duntaxat exceptis esse censebimus? Quod
luce clarius appareret si uniuersum summorum
pontificum catalogū quēadmodum ab origi-
ne creatos fuisse intelligimus singillatim rece-
seremus quod nūmiam longitudiem ueriti dei-
dustria uitauimus. Petro .ii. apostolorum princi-
pe Siluestro Damaso ac Gregorio Leoneq; tūm
mo exceptis quos sanctissimos uiros extitisse
constat & ad summum pontificatu; ob admi-
rabilem quandā uirtutū suarum excellentiam
& incredibilem uitę sanctimoniam promotos
fuisse non dubitamus. Quēnam aliorum diuini-
simae promotioni tuae digne comparare po-
terimus? Si .ii. Bonifatios si Vrbanos si Cle-
mentes si Benedictos si innocentios si Alle-
xandros si Johannes si Martinos si Eugenios
si cęteteros Nicolaos si deniq; omnes alios qua
tuordecim supra ducentos summos pontifices i
promotionibus suis parump ān oculos poneri-
mus nullum profecto reperiemus qui tecum ut
cum bona uiuentium & defunctorum pace di-
ctum sit comparari posse mereatur. Quis enim;

ut de caeteris mirabilibus silemus paucis ante
assumptiōem suam annis predecessoris sui ceu tu
Eugenij ancessoris tui subdiaconus fuit? Quis de
in post tam breui tpre ad excelsum episcopalis
ordinis gradū nullis intercedentib; ascēdit? qs
postea paruo tpris interuallo ad cardinalatū
maximū pene oīu; ecclesiasticarū dignitatū
culmen presertim se ipso absente & plonga
maris terraq; spatia in germanica legatione
a romana curia diutius separo assumptus fuis
se perhibetur? Quis denicq; tam celeriter recē
ti adhuc ut dr atramento unico patrum pro
pe omnium cōsensu momento fere tpris ada
picem summi pontificatus penetrauit? Quod
si ita est ceu euidentib; exemplis probasse uide
mur. & omnis summorū pontificum electio sui
o ac pontificio iure quēadmodum supra di
ximus censetur esse diuina. profecto hanc tuā
promotiōem uel ceteris diuiniorem uel certe
oīu; diuinissima; paucis illis exceptis fuisse
asseremus. quod ab initio probare & confirma
re cupiebamus. Quis igitur de catholicis hōib;

loquimur in quacunq; huiusmodi & simili p-
motione non gratulabitur? Quis non gaudebit?
Quis non exhilarabitur? Qd si cuncti xpiani
populi incluiq; reges & principes facere debet
ut aña probatum est: profecto tanto nos cete-
ris omnib; impensius exultare & iubilare de-
bemus quanto maiori caritatis & deuotionis
ardore particularem psone tuae sanctitatem
ueneramur & colimus. Quas obres de hac diui-
nissima promotioe tua. B. P. primo omnipo-
tenti deo ingentes grias agimus maiores habe-
mus. oib; deinde xpianis pro salute sua mi-
rum in modum congratulamur. Postremo i
nobis ipsis & tecum gaudere exultare & iu-
bilare debemus: quod nuc coram te constitu-
ti facimus. semperq; faciemus ac beatu; & fe-
licem assumptionis tuae diem ppetua solemni-
tate celebrabimus. Ab hoc ti diuino prin-
cipio cetera nullatenus generatura existima-
mus & credimus. qd si adiuuante deo & do-
mino nro ihu xpo cuius uice geris in ter-
ris sapientia & sanctimonia uitae & assiduis

lucubrationibus consequeris: profecto uniuersa
xpianorꝫ ōiu; salutem aucupaberis & pacem
& unionē caritatē ac benedictiōes optima & sa
lutaria semina p totum terrarꝫ orbem quasi
siluestrem & incultū humanę malitię campū
bellis ceu uepribus refertū ubiq; seminabis: q
paulo post germinātia ac pullulantia uniuer
sales & mirabiles fructus paritura credunturꝫ.
quod si dei gratia & maximis uirtutibus tuis: ut
speramus: euenire contigerit: felicia profecto
ac beata tpra nra sub te unico catholicoq; pa
store exturpatis undiq; bellis pacifica qui
eta & tranquila uniuersali cunctarꝫ gentu
um cōsensu appellabuntur. atq; nimirū uel
saturnia: ut in ueteribus poetarꝫ fabulis: ut
pompiliana regna: ut in Liuianis annalib;
traditur: uel potius ut in sacris lris legitur
octauiana & augusta imperia redibūt. Im
perante h. Caesare augusto: quo tpre ocpū;
natum fuisse constat generalem p totū terra
rū orbem pacem & ubiq; dispersam quie
tem & tranquillitatem extitisse manifestū;

est. Quod non modo excellentissime uirtutes tu-
ae & diuinissima ista promotio & solemnissima
insup coepta pontificatus tui: sed et nomen i-
psum non ad placitu; ut caetera, sed mirabi
liter ac diuinitus inditu; portendere & signi-
ficare conspicitur. Nicolaus. H. si e graeco in la
tinu recte & integre intrepretaretur: nempe
populi uictore palam & aperte significaret.
Vere. H. ille xpiani populi uictor habendus ac
censendus est. qui pacatis gentibus nris solus
in toto terrarum orbe nullis refragantibus reg-
re & imperare uidetur. qd grece planius &
aptius Nicolai noie exprimit. atq; ut uerbo i-
ta re uera Nicolaus hoc est populorum uictor e-
uades. si armis & militaribus exercitibus
spretis ac neglectis ad pacem & unionem ac tn
quillitatem animi; mentemq; couerteris. Quip-
pe pontificis arma non ferrea nec calibe de-
ributa neq; humano sanguine aspsa. quib;
seculares & ambitiosi tyranni imperij am-
plificandi & extendendi gra uti consueue
runt. sed profecto spiritualia atq; diuina &

spiritu dei afflata ferunt. quibus si pontifices a-
bjectis secularibus recte atq; integre uterent. pro-
fecto admirabiles & incredibiles fructus mirabi-
liter ac diuinitus pateret. quod de te ob excelle-
tissimas virtutes tuas ac maximā quandā rey
oūs intelligentiā a cunctis xpianis populis i-
ta speratur & creditur. ut uox dei iure extima-
ri posse uideatur. Quapropt ut omisso epilogo
ne aeternae memoriae tuae inuriam infer-
re uideremur si membra oūis nrē hinc inde
dispsa ceu epilogantes in unum colligeremus.
tandem aliquando finem dicendi faciamus.
Ad te Beatissime ac sanctissime nicolae. quin
imo unice & alme populoy uictor tota mente
conuertimur p salutifera illius morte & passio-
ne. cuius uicem geris in terris orantes ac suppli-
citer obsecrantes. quatenus ceteris posthabi-
tis pacem cogites. pacem cures. pacem medite-
ris. Per huc n. duntaxat modum xpi uesti-
gia imitaberis. qui semp apostolos suos ad pa-
cem exhortabatur & paulo ante q̄ moreretur
nihil aliud eis q̄ pacem testamento legasse ac

pre ceteris omnibus rebus mirabiliter cōmen-
dasse uisus est. Quod si feceris ut speratur & cre-
ditur: deus pater & xpūs filius & spūs sanctus
beatitudini tuae in hac nra peregrinatione
celitus opitulabuntur ac fauebūt: ut iam euide-
tibus signis apperere & euenire dignoscatur.
Qui n. reges & populi externi & domestici an
creationem tua; nihil aliud q̄ bella cogitare
uidebantur: nūc ultro pacem usq; adeo expo-
stulāt: ut mirabilia illa alboy agmina pacē
& misericordiam supplicibus clamoribus de-
precantia appropinquante iam quinquage-
simo ac mistico iubilei anno. B. N. V. tpri-
bus rursus redisse uideant. Hanc insup mise-
ram & languentē Italiam iam diu bellicis ca-
lamitatibus afflictam atq; consumptā a mili-
tantibus exercitibus non tanq̄ a lanys hōib; s;
potius tanq̄ a rabidis canibus liberabis: que
quidem si loqui posset iam apto ore miserere
mei dne altis & miserabilibus uocibus ex-
clamaret. Postremo ubi in patria eternam
ac beatam uitam comparabis: ubi cum reliqs

beatis spiritibus aeuo sempiterno fruaris. Cum igitur ea dixerimus: quae in hac diuina creatione necessaria fore putabamus: quasi longo quodã postliminio in priam reuersi ad sapientiam beatitudinis tuae tandem aliquando confugimus: ut sancta & beata intelligẽtia sua humanis defectibus nris adhibere & supplere dignetur. Immortalis deus sua infinita in omnes homines benignitate uitã tuã nullis egritudinibus impeditam diuturnam efficere ac uota tua secundare dignetur. Amen;

Caeterum quaedam alia restãt: quae cum sanctitati tuae placuerit: oportunioribus locis atq; temporibus referemus:— FINIT:—

Doctissimi atq; eloquentissimi viri Poggij ad summum pontificem Nicolaum quintū oratio incipit. Lege feliciter

Cio consuetudinis esse Beatissime pater omniu; qui ad tuam sanctitatem tum uisitandi gratia tum legationis officio primum accedūt: ut orōnē habeant aut gratulatioēs; pro hac amplissima dignitate aut uirtutu; tuarū laudes continētem: qui mos adeo moleuit: ut non uti hoc usitato gnē dicendi rudis cuiusdam ac ignari penitus existimetur. At uero mihi longe alia sententia est: qui censeam neutrum hoy esse a bonis & prudentibus laudandum uiris: cum alterum hominis pay considerate loquentis alterum adulatoris officium esse uideat. Quid enim ei congratuleris? aut quid illi congaudeas: qui ad imensos ac continuos animi corporisq; labores ad maximas curas. ad diuersay gentiu; regim ad infinitas molestias ad solicitudinē oūi; ecclesiay. & quod his maius est omibus: ad difficilem ac molestam est seruitutē assumptus? Rectius meo iudicio tali uiro tanta rey mole

oppressa

oppresso condolendum compatiendu; q; est. &
quaedam tantis laboribus tantaeq; seruitutis mi
sericordia habenda. Non.ii. si recte & sedu; di
precepta uelis regere nauem petri. tibi licet
tuo uire somnu; non quiete nō cibū capere.
non aī relaxatiōes querere. non tibi indulgē
non cum solitis amicis. quod tibi est gratissi
mum. more tuo uiuere non tempus. quod
scimus etia; bene utentib; breuissimū esse. tu
a uoluntate transigere. non tris. inquibus
alitus & educatus es. qua in re tibi maxima
consolatio eripitur. operam pro tuo desideri
o datur impendere. Alieno est tibi arbitrio
uiuendu; propria quodāmodo salus eripie
da. ut salutem alijs largiaris. Toti xpiani
populi cura & solicitudo suscipienda. au
diende populoy legatiōes. rogantiu; uoces.
oppressoy querele exaudiende. ferenda pe
tentium molestia. multoy importunitas at
q; insolentia toleranda. misericordia omni
bus. Justitia singulis ministrāda. tibi uni o
mnib; quiescentibus caeteris labor suscipiēd.

In specula .st. quadã positus est: in qua tibi pro omnibus uigiliae agendę sunt: ut nulla requies. nullu; otiu; nulla remissio in tanta detur rey uarietate. Verissime noster Seneca magna inquit seruitus est magna fortuna. In hac tam grauis rey sarcina. tanta negotioy incumbentiu; grauitate. tanto confluentiu; turbine. tam multiplicib; tam diuersis curis quid gaudij. quid iocunditatis. quid letitię insit: cur gratulari deceat nequaq̃ comperio. Quod si Iohannes Crisostomus sup epistolam ad ebreos adeo incumbere multa unicę ecclesię rectori scribit: ut miru; sit aliquẽ eoy saluari posse: quantã molem rey imminẽ. quantu; uitę futurę periculu; instare illis dicemus: quoy reqimini ipsimet omnes orbis ecclesias & cõmissas sibi adeo & creditas ẽe testantur? certe cum plus ab eo exigatur: cui plus cõmissu; est: imensum quoddam onus & humanis uiribus non ferendum fateri necesse est illud: ad quod non solu; deputat̃ es sed quodãmodo relegatus. Adde: q̃ hui-

modi imperia non uirtute largiuntur. non
scientiam. non doctrinā. non longiorē uitā.
sed potius efficiūt breuiorē. At multi hunc
statu; tam amplum appetiuerūt. & quidē
plures stulti q̄ sapientes repti sunt. ferunt̄ur
quasi omnes quasi cōmum bōui; stultitia &
errore: ut ea optima ducāt: ad quae uelut
ampla & speciosa mortalium pars ducitur o-
pinione uulgi: & imperitorū uocibus mouet̄:
ut magnam felicitatem & uitae cōmoda i
excelso imperio & dignitate sita ēe putent.
Sed non errore opinionis aut stultorū inscitia
haec metienda sunt: sed ratione & sapienti-
a iudicanda. cuius precepta si sequi uoluē-
rimus: ipsa nos instruēt integritatem. clem-
tiam. pietatē sanctimoniam uitę. humanita-
tē raro in magna rerū licētia contineri. Nō
nullos quoq; secus ac religio & xpi precepta
postulēt hoc imperio abusos uidimus. Sed
de his loquor. qui ambulāt in uijs & lege do-
mini. qui nō qd̄ liceat sed quod deceat spe-
ctant. quibus necesse est eiusmodi uita. si

ad laboresſ & rerum difficultatē ſpectesſ angu-
ſta & miſera potiuſ q̄ felix eſſe iudeatur. Illi ipſi
uiri ſanctiſſimi predeceſſoresſ tui qui pax cui;
ſeculo cōmertij habuere grauitatem ponderis
eorꝝ humeris imminentē ſentientesſ ſe dei ſeruo-
rꝝ ſeruoſ appellauerūt. vt proculdubio more
poetarꝝ Siſiphi ſaxum uoluere pontificesſ ſi ſe
uicarioſ nri ſaluatoriſ conſiderent. hoc eſt ad
eiuſ imitationem conſtituioſ dici poſſint. Qui
uero pater ſancte tuaſ laudesſ que quidem exqui-
ſite ſunt. ſua oratiōe complectitur. quanuis ue-
re id & tuo merito uideantur poſſe facere. tam
meo iudicio aut uerborꝝ oſtentatoresſ aut aſſen-
tatoresſ improbi cenſendi ſunt. Sententiam pro-
fecto legiſti Ariſtotiliſ in ſecto rhetoricorꝝ libro
preſentem laudare eſſe opuſ adulationiſ. quā
ſi gentiliſ philoſophuſ improbat. non uidetur
apud xpi uicarium ullo modo probanda. nō
niſi cui; neceſſario cum cauſa poſtulat. aut
ſe ipſui; aut alium preſentē laudare decet.
Laudat ſe Eneaſ apud Virgilium. cum dicit.
Sum piuſ Eneaſ fama ſup ethera notus. Sed apd'

suę uirtutis ignaros & in suo suoq; summo di-
scrimine ut auerteret imminentem in suos pe-
stem se laudare instas periculu; coegit. Lau-
dauit cesare presente cicero pro M. Marcelli
exulis restitutione pro defensione Ligarij pro tu-
tela deiotari regis. At ea non hois s; cause & te-
poq fuit oro. Vrgebat n uir ad omia pruden-
tissimus illum clementiae Laudare: a quo exu-
lis Marcelli restitutio erat impetrata & alioq
quaerenda salus tum ut id ipsum quod egerat
confirmaret tu ut ad alios quoq; ab exilio redu-
cendos incitaret. Nam extra illas oroes non
solum non laudauit cesarem sed illius acta de-
testatus est non clementię sed crudelitatis no-
men insectatus. At uero ubi nulla talis unq
occasio superflua uidetur presentis laudatio &
assentatori q laudatori conuenientior. pericu-
losa quoq; eiusmodi laudatio est. Existimat n
nonnulli uera esse quae de se predicantur
ac sapientiae uirtutisq; opinione inflati tumi-
diq; suae prudentiae ne dicam stultitię ī-
nituntur reiectisq; sanis consilijs in magnos sepi

errores incidūt non effugientes temerarij no-
men. Est tamen peruetus sentēcia: vt cre-
scat laudata uirtus. Incitamur .n. quādoq;
nris laudib;. & psepe inuitimur. ut ij eua-
damus. quales describimur a laudante. S;
omnia modū. tpus. locum requrūt. parce p-
sentē laudare licet: & ita ut nos non sen-
tiat mentientes: ut plus in se esse cognoscat:
q̄ exprimāt dicentis uerba: ut non rubore
presenti excuiant audientibus risum. Sūt
.n. quidā ita mentiendo impudētes: ut q-
cunq; in hōrem sapientissimū sanctissimūq;
dici possint: congerāt qnq; in laudes eius:
qui uituperationē potius q̄ laudē mere-
at. Verum ēt in uirum probissimū ac do-
ctissimū presens laus congesta ruborē in
gerat necesse est. Mauult .n. uir probus ēe
q̄ dici bonus: & eiusmodi uoces recusat. Quid
igitur dicet quispiam agendum censes? quā
ob rem materiam concedes? quem dabis cam-
pum in quo excurrere nostra possit oratio?
Mihi quidē admonitiones quedam cohorta-

tionesq; ad recte impandū uidentur esse adhi
bendę primum; ad iustitiam misericordię cō-
iūctā cohortandi sunt. Misericors & misera
tor & iustus dnūs inquit propheta. uno ad
iustitiam duob; ad misericordiā nōibus usus.
Tum ad beneficentiā ac liberalitatē: quae uir
tutes & hōib; sunt gratissimę: & magnos prī-
cipes decet. Ad humanitatē quoq; cohortā
di: in qua magnus uirtutis splendor reluet.
Est.n. uirtutū; omū; condimentū;. Admonendi
sunt: ut meminerūt se hōies ēe hoc est mor
tali & fragili corpore: & q; morbis affici pos
sint: licet sanctissimi ac beatissimi nuncupē-
tur. Quae cogitatio si sepius mentē subeat:
non sinet principes ultra humanā conditi-
onē supbia efferri. Alexander macedo: q
se ut deū; coli adorariq; preceperat Jouis
progeniem ementitus dolore uulneris obcrus
saucium coactus est se esse hōiē; fateri. Ita
his nōib; uti decet: ut nullū; fastū; nullam
arrogantiā; nullam insolentiā secum ferant.
Illud preterea pontifices admonendi i mag-

fortuna magnam animi moderatione esse pre-
standa; Difficillimu; quippe est suare modu;
in reb; secundis & rois impio uri. Arduu; quo-
q; in summa rei licentia consistere infra rois
cancellos. Nam cum magna diuturnaq; impe-
ria et sapientiu; aios fatiget ac soleat reddere
utplurimu hoies supbos atq; ai impotetis. p-
clarū uidetur honesti uia; sequi neq; ad extre-
ma deflecti. Qd si Paulo apto qui uiuus est i
caelu; raptus in quo loquebatur xps. cuius
conuersatio in celis erat. qui doctor gentium
fuit datus est angelus sathane qui eu cola-
phizaret ne reuelatiou; magnitudie extol-
leret. quanto magis uerendu; hs qui in ter-
ris uersant. ne supra modu; elati hac inani
rei pompa. quae breuis est & ad modicu
pseuerat tpus. decipiant? Certe huiusmodi
uocib; resonare aures pontificu semp decet.
& quo maior eoy dignitas est. eo magis semp
ut suae fragilitatis meminerit admonedi.
Permulta n. sunt quae aliquando princi-
pes errare cogut adulatores dolosi. susurroes.

inuidi. detractores: quoꝝ uerbis psepe et boni
principes in maximos errores inciderunt. Falsus
psaepe rumor & quorūdā puersa. reꝝ inter-
pretatio omnia in peius trahentiu; multos er-
rare coegit. Vndiq; n. insidiae tenduntur princi-
pantiu; aurib; ab his. qui alioꝝ et piculo ex-
pleri cupiunt suas cupiditates. hoꝝ fallatijs
ne decipiant. magna cura & diligentia est p-
uidendu;. Cohortandos insup ad clemētia; ce-
seo. Durum quippe est acerbitatem aut iracū-
diam ad magnam fortuna adiungere & nō
patere misericordiae refugiu; calamitosis. Il-
lud uero imprimis memorie uetandū insi-
xum esse oportere. id quod uirtuti debeatur
nullo modo pecuniae concedendū. Iniquissi-
mū est n. & fere calamitosu; pecunia; uirtu-
tib; preferri. & qua; rem sin loco esse deceat
obtinere probitate posthabita principatum.
Vez pater sanctissime difficilior mihi q̄ reliqs di-
cendi tō uidet esse proposita. Nam quae alijs
ōtois copia prestarent. ea mihi eripuit egregia
tua uirtus & singularis. Quid est n. ad quod

te cohortari aut admonere sit opus: cum tua
sapientia alios monere possis? Quid qd alterius
uerbis egeas: cum tu ipse in eo dicendi genere sis
admodum exercitatus? Quid .n. gratius? Quid
sanctius? Quid sapientius: ut alias omittam: il-
la ultima oratio tua post Eugenij exequias ad
cardinales habita: in qua uelut presagiu; fu-
ir talem te futurum: qualem tunc pontificem exo-
prasti. Nunqd ad pacem optimum omnium mor-
talium: bonum: cuius nomen dulce est & res ipsa
salutaris inter fratres ceterosq; xpicolas stá-
tuenda; est hortandus? At tu ipse tanta af-
fectione tanto ardore illa; appetis & cōcupi-
scis: ut nemini omnium; q uiuant cedas illius
desiderio consequendi. Nunqd ad humani-
tatem ad clementiam ceteraslq; uirtutes est im-
pellendus? At haec tibi tuis studijs: tua
doctrina: tua natura ad honestum propensa
iam diu parta esse uidimus. Nunquid ad
labores appetendos aut curas subeundas: quae
tanto fastidio uitantur? At illas tanto studi-
o tam continue subis: ut potius tibi freno

q̃ calcaribus opus existat: cum ne ad quietem
quidē somni ullu; tibi tēpus uacuū relinqua
tur. Nullo admonitore nullo cohortatore
indiges beatissime pr̄. Legisti oīu; precep
ta uirtutū tu; sacras. tum gentiliu; lr̄as di
dicasti. nullu; te doctrinę genus effugit. Le
gisti oīu; predecessoꝝ tuoꝝ gesta pontificū
nosti qui ex eis laudandi tibiq; imitandi
sint. aut qui ut dicā leuiter tollerandi. qs
dam fuisse scimus. qui bonis satisfecerūt. qs
dam in quib; multa desideraret. Vnū tn
mihi reliquū uideo cohortationis genus: quo
absq; fastidio & recte uidear uti posse: id
est: ut te exhorter. ut te ipsū imuteris ut
similis sis tui. ut memineris quibus aut ab;
qb; moribus hāc sis tā amplā tam desidera
tam a multis dignitatē consecutus. A te i
pso. ii. omnis bene gerendę rei. p. institutio
mutuanda est & recta uiuēdi ro. a te ipo
uirtutū oīu; exempla petenda. nihil ubi
extra te ipsum querendū. nullis tibi opus
erit externis ad bene agendū presidijs:

si tuis copijs uti uoles. Scis qua uixeris continē-
tia. qua moderatiōe uitae. Scis postulare hoc
tempus: ut pecunia doctrinę. ambitio bonis ar-
tib; uirtuti cedat impudentia. importunitas
a modestia supetur. Scis te semp in optimis
trax studijs fuisse uersatu; & uiros doctos ac bo-
nos coluisse pristina tibi humanitas ac benig-
tas cōsuanda est. & ij mores continuandi. qui t
hac dignitate pepererūt. odisti uitia semp. vir
tutū es uter p omnē uitā complexus. Non n re-
b; externis. non ambitione non pretib;. nō pe-
cunijs hūc tibi onerosu; honorē a deo deman-
datum scimus. sed uirtutib; & sanctimonia mo-
ꝝ. quae si sepius memineris: beatissia; reddes
hanc rem. p. xpianā. Sed cum tuā cogitationē
ad ea cōuerteris. quae tuis moribus & dignita
ti intelligis conuenire. illud te rogo. p. s. ut a-
mici tui illi prisci quos inter me unu; esse p-
fiteor. non excidāt e memoria. prout mul-
tis iam uidimus cōtigisse. Coniungit amicitia
ut optime nosti studioꝝ eorūdem & bonoꝝ
moꝝ similitudo. quam licet maxima impia

& dignitates dissuere soleant: tamen benuolen-
tiam retinere decet eum: qui non utilitate sed
uirtutis officijs amicitiam metit. Et magni quo-
q; principes amicis equerūt: quos licet cuiq; be-
neficentia sibi & indulgentia comparare. Ita-
q; inter ceteras tuas curas & hāc non postponas
oro: ut priscorū amicorū: quorū numero me fuis-
se profiteor: in mētē ueniat: ut eis subsidio sis:
neq; egere patiaris: ut faueas ingenijs: ut pluri-
mos tui similes tua opa ēē uelis: ut seminariū
quoddam uirtutū statuas in hoc tuo principatu:
ut liberales disciplinę efflorescāt hac ueluti sa-
turni aetate: quae iam pene conlapse & extī-
ctę culpa temporū uidebant. Nam bonę artes
& uirtutis alumnę: a quib; rerū cognitio & ho-
nestās petit: destae cultoribus uelut in ob-
scuro latent tanq; in solitudiē; & in exiliū re-
legatę. Hae tibi in lucē eruendę sunt: & in
